

216 Ti. Clau[*dio Drusi f. Cai*]sari | Augu[*sto Germani*]co | pontific[*i maximo, trib. potes*]tat. XI¹, | cos. V, im[p. XX . . .² patri pa]triai, senatus po[*pulusque*] Ro[*manus, q*]uod reges | Brit[*anniai*] XI [devictos³ sine] | ulla iactur[a in deditionem acceperit] | gentesque b[*arbaras trans Oceanum*] | primus in dici[*onem populi Romani redegerit*].

Romae rep. in campo Martio (ibi ubi hodie est 'piazza di Sciarra'), pars anno 1644 quae extat (imago est ex. scr. ep. n. 86), particulae nonnullae anno 1562 quae perierunt (VI 920 cf. eph. ep. I p. 120). Videtur collocata fuisse in arcu Claudii supra viam Flaminiam, quem stantem vidit adhuc Poggius saec. XV; ex eodem arcu supersunt tituli N. 222 et tabulae complures cum opere anaglypho (mon. dell' Instit. arch. X tab. XXI cf. Philippi ann. dell' Inst. 1875 p. 43 seq.). Cf. etiam Lanciani Bull. com. 1878 p. 15 seq. — 1) A. 51/52. — 2) Numerus salutationis imperatoriae incertus; alibi reperitur coniunctum cum Claudii tribunicia potestate undecima imp. XXII (III 476. III S. 7206), item imp. XXIII (III 1977). — 3) Supplevit Mommsen, cogitans de Carataco eiusque fratribus in deditionem acceptis a. 50 (Tac. ann. 12, 35).

217 divo Aug. Caesari, Ti. Au[g. divi Aug. f.]
imp., Ti. Claudio Drusi f. [Caesari Aug. Ger]-
manico pont. max. [tr. pot. XI]
p. p., vind. lib., devi[*ctori regum XI*]¹
Britanniae, ar[*cum posuerunt*]
c. R. qui Cyzici [consistunt]
et Cyziceni
curatore

Cyzici rep. (III S. 7064). Suppleverunt Perrot et Mommsen. — 1) Numerus inlatus ex N. 216.

218 Ti. Claudius Drusi f. Caesar Augustus Germanicus pontif. maxim., | tribunicia potestate XII¹, cos. V, imperator XXVII², pater patriae, | aquas Claudiam³ ex fontibus, qui vocabantur Caeruleus et Curtius a milliario XXXV, | item Anienem novam³ a milliario LXII sua impensa in urbem perducendas curavit.

Imp. Caesar Vespasianus August. pontif. max., trib. pot. II, imp. VI, cos. III desig. III⁴, p. p., | aquas Curtiam et Caeruleam perductas a divo Claudio et postea intermissas dilapsasque | per annos novem sua impensa urbi restituit.

Imp. T. Caesar divi f. Vespasianus Augustus pontifex maximus, tribunic. | potestate X⁵, imperator XVII, pater patriae, censor, cos. VIII | aquas Curtiam et Caeruleam perductas a divo Claudio et postea | a divo Vespasiano patre suo urbi restitutas, cum a capite aquarum a solo vetustate dilapsae essent, nova forma reducendas sua impensa curavit.

Romae in arcu duplici aquae Claudiae supra bivium viarum Praenestinae et Labicanae, quo arcu postea, cum moenia Aureliani fierent, usi sunt ad faciendam portam urbis Praenestinam, nunc 'Porta Maggiore' (VI 4256-58). — 1) Ian. 52/53. — 2) Supremus numerus salutationum imperatoriarum Claudii, quem numerum